

A P P R O B A T I O

Clarissimi Collegii stricti Facultatis Medicæ
Almæ Universitatis Lovaniensis.

NOs Prior & Strictum Collegium Facultatis Medicæ almæ Universitatis Lovaniensis perlegimus *Librum cui titulus est brevès Animadversiones in Pharmacopœiam Bruxellensem anni 1702. &c. editum per ANDREAM DOMINICUM SASSENUM, hujus urbis Pharmacopœium, ac nuper præfatæ Facultatis Baccalaureorum Medicinæ Fiscum & Decanum, eumque invenimus admodum doctè Compositum, veramque continere methodum, quâ Medicamentorum Compositiones, servatis quantum licet, Ingredientium Viribus, concinnari valent; adeoque tam Medicis quam Pharmacopœiis scitu necessariam. Ac proindè judicamus ipsum librum publicâ luce dignissimum. In quorum fidem hæc signari & parvo nostro Sigillo muniri curavimus Lovanii hæc 29. Augusti 1704.*

PHILIPPUS VERHEYEN Med. Doct.
Anat. & Chirurg. Profess. Reginus,
Stricti Collegii Med. P. T. Prior.

✱ *Locus
sigilli.*

C E N S U R A.

Liber hic insigniter probatus per Priorem & Strictum Collegium Egregiæ Facultatis Medicæ Almæ Universitatis Lovaniensis meritò imprimetur ad utilitatem publicam, non tantum Medicis & Pharmacopœis necessarius scitu, sed etiam valdè proficuus aliis litteratis ut sibi & suis provideant de taliter paratis Medicamentis. Sic Censeo Lovanii 22. Octobris. 1704.

PETRUS MARCELIS S. T. D. Profess.
Apostolicus, ac Reginus Librorum Censor per Germaniam Inferiorem.